



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes
a la imprenta de Calatrava.

Gran Día Misional de la Iglesia

En conformidad con lo dispuesto en años anteriores, el día 18, penúltima Dominica de este mes de Octubre, se celebrará la *Jornada de oración, propaganda misional y limosna*, añadiendo en todas las Misas como *Collecta imperata pro re gravi*, la oración **PRO PROPAGATIONE FIDEI**, y dando a la predicación de ese día carácter misional con especial referencia a la Obra de la Propagación de la Fe, exhortando a los fieles a inscribirse en ella.

La Fiesta de Jesucristo Rey

Próxima la festividad de Jesucristo Rey, domingo 25 de Octubre, el Excmo. Prelado encarece al venerable Clero parroquial el cumplimiento de los cultos y preces ordenados por la Santa Sede, al tenor de los documentos insertos en este BOLETÍN el año 1926, y en conformidad con la Circular de S. E. Rvma. de 17 de Octubre del mismo año (1).

(1) Véase el BOLETÍN de 1926, págs. 23, 276 y 291 y el extraordinario de 20 de Octubre, pág. 3.

Sacra Congregatio Concilii

In plenario conventu Emorum. Petrum huius Sacrae Congregationis Concilii, die 9 maii 1931 habito, proposita sunt, inter alia, dirimenda quae sequuntur dubia:

I. "An vi praecedentiae Vicario generali competant iura et officia, de quibus in canone 397;

II. "An vi praecedentiae Vicarius generalis canonicus eximatur a munere adsistendi Episcopo in Missis aliisque functionibus, pontificalibus;

III. "An Vicario capitulari, vi muneris, competat ius et officium peragendi functiones sacras in sollemnioribus anni festivitibus, de quibus in canone 397, n. 1^o."

Porro iidem Emi. Patres ad tria relata dubia respondendum censuerunt: *Negative*.

Hanc autem resolutionem Ssmus. Dominus Pius Pp. XI in audientia diei 10 insequentis, infrascripto Secretario concessa, approbare et confirmare dignatus est.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 10 maii 1931.

I. CARD. SERAFINI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius*.

(*Act. Ap. Sed.*, 1931, p. 235).

DECRETUM

DE HABITU ECCLESIASTICO A CLERICIS DEFERENDO

Prudentissimo sane consilio ab Ecclesia provisum est, ut clerici, in sortem Domini vocati, per decentiam habitus extrinseci, intrinsecam morum honestatem ostendant et a laicis etiam habitu discernantur. Qui quidem habitus, quamquam, pro diversis temporibus et locis, non unam pretulerit formam et colorem, semper tamen proprium quid ac singulare clericali ordini congruum retinuit ac retinet, quo tamquam *habitus ecclesiasticus* seu *clericalis* et nominetur et habeatur.

Disciplina in hac re vigena continetur in canone 136 § 1 Codicis iuris canonici his verbis: "Omnes clerici decentem habitum ecclesiasticum, secundum legitimas locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta, deferant; tonsuram seu coronam clericalem, nisi recepti

populorum mores aliter ferant, gestent, et capillorum simplicem cultum adhibeant.,.

Porro huic Sacrae Congregationi Concilii exploratum est non omnes clericos, in nonnullis praesertim regionibus, memorati canonis disciplinam servare. Sunt enim qui, propriam dignitatem et honorem clericalem parvi pendentes, contra legitimam consuetudinem et Ordinarii loci praescripta, vestes etiam publice, tum forma tum colore, prorsus laicales deferant, nec ipsam tonsuram clericalem gestent. Ex quo facile sequitur, ut populus christianus erga coetum clericalem debitum obsequium minuat et clerici ipsi sese periculo exponant non solum agendi ea quae a statu clericali sunt aliena et indecora, sed etiam, quod Deus avertat, e suo statu omnino deficiendi. Nec desunt sacerdotes, qui habitu, quem supra diximus, utuntur etiam in ecclesia in sacris peragendis, in sede confessionali, in Missa celebranda, in Ssma. Eucharistia distribuenda.

Iamvero ad omnes abusos in hac re removendos et ad disciplinam ecclesiasticam firmandam atque urgentiam, haec Sacra Congregatio Concilii praesenti decreto mandat, ut omnes clerici, praeter clericalem tonsuram, decentem habitum ecclesiasticum publice semper, non excepto tempore aestivarum vacationum, deferant, habitum scilicet, quem legitima consuetudo et Ordinarii loci praescriptum in propria regione ordini clericali congruentem agnoverint.

Insuper eadem Sacra Congregatio sacerdotes graviter monet ut religiosissime servent etiam praescriptum canonis 811 § 1: "Sacerdos, Missam celebraturus, deferat vestem convenientem quae ad talos pertingat.,": qua quidem veste curandum est ut sacerdotes utantur etiam in Sacramentis publice ministrandis. Parochi et rectores ecclesiarum in sua quisque ecclesia ad celebrandum Missae sacrificium sacerdotes ne admittant nisi sint, iuxta praescriptum canonis 804 § 2, ecclesiastica veste induti, veste nempe de qua in canone 811 § 1.

Ut vero praesens decretum ab omnibus, ad quos spectat, adamussin servetur, eadem Sacra Congregatio peculiarem Ordinarios locorum diligentiam atque vigilantiam excitat, qui, si casus ferat, in renitentes animadvertant ad normam canonum 136 § 3, 188 n. 7, 2379 Codicis iuris canonici.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.
Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 28 iulii anno 1931.

L. CARD. SERAFINI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius*.

(*Act. Ap. Sed.*, 1931, págs. 336-37).

SAGRADA CONGREGACIÓN DE SACRAMENTOS

Normas sobre las dispensas del impedimento de primer grado de línea colateral mixto con segundo.

La Sagrada Congregación de *Disciplina Sacramentorum* ha dado recientemente algunas normas que se han de seguir en adelante para apoyar las peticiones en que se pida la dispensa para el matrimonio del impedimento del primer grado de línea colateral mixto con segundo (tío y sobrina).

Después de lamentarse la Sagrada Congregación de la frecuencia con que se piden las tales dispensas en muchas Diócesis de España, dicta algunas normas para que los Prelados procuren evitar la petición de esas dispensas o el apoyo de las peticiones en su favor. Recomienda a los Párrocos que oportunamente instruyan a sus feligreses de las razones que la Iglesia tiene para establecer los impedimentos matrimoniales, como son, entre otras, la recta constitución y ordenación de las familias, y la más apta procreación de los hijos, los cuales, según atestigua claramente la ciencia médica están propensos a heredar los defectos físicos y morales de los padres, tanto más aumentados cuanto más cercano esté el tronco común de donde éstos procedan.

En cuanto a las causas, que han de alegarse en adelante en la tramitación de estos expedientes matrimoniales, dice literalmente: "Eas proinde solummodo iustas et proportionate graves habeant causas Excmi. Praesules in memoratis dispensationibus efflagitandis, quae ob canonicas praescriptiones aut ob diuturnam ob-

servantiam iugiter a Scta. Sede servatam uti legitimae circumferentur, quales, v. gr., remotio notabilis scandali, compositio gravium quaestionum in successione bonorum, aut resolutio implexarum vel valde miserarum conditionum familiarum: ac proinde ad rem haud sufficere censeant adsuetas, quae pro ceteris impedimentis etiam maioris gradus adducuntur, causas, nempe angustiam loci, aetatem mulieris superadultam, carentiam dotis et similia, excepto casu quo eadem, non singillatim sed cumulative sumptae, tan grave pondus ingerant, ut dispensationem suadeant, iuxta regulam iuris "singula quae non prosunt, simul collecta iuvant".

Finalmente, añade la Sagrada Congregación, que en adelante los Reverendísimos Sres. Obispos no apoyen ni recomienden las pces para la dispensa del mencionado impedimento, si no existen causas verdaderamente canónicas en el sentido que acaba de decirse.

Así, pues, los señores Curas-Párrocos y sus asimilados tendrán muy en cuenta estas disposiciones y procurarán por todos los medios a su alcance disuadir a los contrayentes, lo que en muchos casos han de conseguir si acuden a tiempo, e informarán con la mayor escrupulosidad si existen o no las causas canónicas necesarias para que el Prelado pueda apoyar las pces.

PONTIFICIA COMMISIO

Ad Codicis Canones authenticè interpretandos

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi. Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authenticè interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I.—*De ultimis Sacramentis ministrandis*

D. An canon 514 § 1 ita intelligendus sit ut in religione clericali Superioribus ius et officium sit omnibus, de quibus in eodem canone, extra religiosam domum aegrotis Eucharisticum viaticum et Extremam Unctionem ministrandi,

R. *Affirmative*, si agatur de religiosis professis vel

novitiis, firmo tamen praescripto canonis 848; secus negative.

II.—*De aetate confirmandorum*

D. An canon 788 ita intelligendus sit ut Sacramentum confirmationis in Ecclesia latina ante septimum circiter aetatis annum conferri non possit nisi in casibus, de quibus in eodem canone.

R. *Affirmative.*

III.—*De causis matrimonialibus*

D. An vi canonis 1989 eadem causa matrimonialis, ab uno tribunali iudicata, ab alio tribunali eiusdem gradus iterum iudicari possit.

R. *Negative.*

IV.—*De declaratione nullitatis matrimonii*

D. I. Utrum *par certitudo*, de qua in canone 1990, haberi possit tantum ex certo et authentico documento, an etiam ex alio legitimo modo.

II. Utrum *citatio partium*, de qua in canone 1990, facienda sit ante declarationem nullitatis matrimonii.

R. Ad I. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad II. *Affirmative.*

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 16 mensis Junii anno 1931.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius.*

COLLATIO DOGMATICA, MORALIS ET LITURGICA MENSE OCTOBRI HABENDA

DE RE DOGMATICA

Utrum in Deo sint plures personae quam tres (S. Thom. p. 1.^a, q. XXX, a. 1.^o et 2.^o Progr. ad Concursum, lect. XXXIII).

DE RE MORALI

Eutropius Sisinio in Americam proficiscenti, summam 5.000 pesetarum commissit, tradendam cuidam

creditori, ex agri locatione debitam; simulque baccatum monile (collar de perlas) ad eundem pertinens, quod tamen inter sua, bona fide, computarat, necnon et anillam (pulsera) auream, quam eidem creditori subriperat. At heu! valida orta procella, navigium, in quod Sisinius iter peracturus conscenderat, sub mare demergitur, cunctique navigantes misere perierunt.

Quaeritur: Utrum in casu Eutropius, re ita perempta, ab omni restitutionis onere maneat solutus.

DE S. LITURGIA

Ritus pro distribuenda communione intra Missam, immediate ante vel post, et extra Missam.—Ritus pro renovatione Sacrarum specierum, purificatione pyxidis et binatione celebrationis.

Seminario Pontificio de San Carlos de Salamanca

Lista de Sres. Sacerdotes que han practicado los Santos Ejercicios en este Seminario (27 Agosto a 1 Septiembre).

M. I. Sr. D. Santiago Prats, Canónigo Penitenciario de la S. I. Catedral.
Don Ildefonso E. Vicente Hernández, Abad, Párroco del Carmen de Salamanca.

- » Juan Francisco García Peñalvo, Párroco de Sancti-Spíritus, de Salamanca.
- » Alejandro Gorjón de Inés, Arcipreste-Párroco de Peñaranda.
- » Sebastián Madera Carretero, id. de Membrive.
- » Juan Francisco de Dios y de Dios, id. de Moriscos.
- » Juan Aparicio Sánchez, id. de Yecla de Yeltes.
- » Gabriel Pérez Vázquez, id. de Sequeros.
- » Bernardo Sánchez Sánchez, id. de Arapiles.
- » Blas Martín Cuadrado, id. de Aldeadávila.
- » Eleutorio Toribio Andrés, id. de Villarino.
- » Francisco Domínguez Vicente, id. de Guijuelo.
- » Angel Ballesteros Vaquero, id. de Muñoz.
- » Juan Manuel González Santos, Teniente Arcipreste-Párroco, de Aldeaseca de Alba.
- » Melquiades Pérez Bueno, id. de Aldehuela de la Bóveda.
- » Pablo Martín Dorado, id. de Cantalpino.
- » Anibal Sánchez Fraile, Beneficiado de la Catedral.
- » Santiago Gaspar Gil, Párroco de S. Mateo de Cáceres.
- » Filomeno Gómez Montes, id. de Miranda del Castañar.
- » Enrique Ramos Martín, Párroco Jubilado de Rollán.
- » José Hernández Huerta, Párroco de Los Santos.

- Don Miguel Tocino Rodríguez, id. de Santiago de la Puebla.
- » Belisario García Medina, id. de Masueco.
 - » Cipriano Hernández Hernández, id. de S. Muñoz.
 - » José M.^a Marcos Herrero, id. de Cipérez.
 - » José Hernández Martín, id. de Palencia de Negrilla.
 - » Juan Francisco Sánchez Barbero, id. de Castellanos de Moriscos.
 - » José Ramos Ramos, id. de Villarmayor.
 - » Manuel Serrano de la Parra, id. de Tordillos.
 - » César Blanco Gómez, id. de Endrinal de la Sierra.
 - » Jesús Vicente Rodríguez, id. de Monleón.
 - » Manuel Sánchez Ramos, id. de Calzadilla de la Valmuza.
 - » Eustaquio Sánchez Martín, id. de El Gróo.
 - » Filemón Martín Alonso, Ecónomo de Tornadizos.
 - » Julio Luengo Casado, Teniente Párroco de Zarza de Pumareda.
 - » Carlos Nieto Nieto, Coadjutor de Macotera.
 - » Jorge Vicente, Teniente Párroco de Rollán.
 - » Enrique del Arco, Párroco de Larrodrigo.
 - » Santiago Cebrián, Capellán de Alba.
 - » Martín Repila Benito, Habilitado del Clero.

NECROLOGÍA

Han fallecido: don Roque Clavero Calvo, párroco de Golpejas; don Polidoro González Juanes, párroco de Villalba de los Llanos, y don Julián Ballesteros Ramos, párroco de Cubo de Don Sancho.

Pertenecían a la Hermandad de Sufragios espirituales del Clero y tenían acreditado el cumplimiento de las cargas, por lo que los señores socios aplicarán una misa y tres responsos por el alma de cada uno de los finados.
R. I. P. A.

Ejercicios espirituales para sacerdotes y caballeros

EN LA
RESIDENCIA DE LOS PP. JESUITAS

Empezarán el 9 y 20 de cada mes, a las once y media.

Terminarán el 16 y 27, a las nueve de la mañana.

Cuantos deseen hacerlos, deberán escribir al P. Superior (Serranos, 2, apartado 44, Salamanca) y esperar su contestación.

Salamanca.—Imprenta de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.